

pti, in Urbem conveherent: quorum
primus Elias patruelis meus, anno hu-
jus seculi octavo; alter Andreas Scan-
dar Cyprius, meus in Philosophicis ac
Theologicis literarum studiis socius an-
no vigesimo primo, felici terminatam
exitu expeditionem suscepere. Tertius
ego, postquam e Maronitarum Colle-
gio, unde, absoluto studiorum curricu-
lo, in Patriam iter parabam, CLEMENTIS
jussu in Bibliothecam Vaticanam tradu-
ctus fuisssem, ut scilicet collecta e longin-
quis regionibus Volumina Latine recen-
ferem; novam quoque in Orientem ex-
cursionem, eodem Pontifice demandan-
te, feci. Quid vero per eam occasionem
præstiterim, & quos, quotque Codices
attulerim, in ea, quam inscripsi, Biblio-
theca Orientali enarravi: in qua lectis
simæ hujus mercis pretium, quatuor
editis Voluminibus, pro mea tenuitate,
aperui. Adjeci & Catalogum aliorum
non minoris pretii Codicum, qui sub
idem fere tempus, sumptibus ejusdem